

P V I S



1 6 0 3

XXVIII

ELEGIA

77
IN HONOREM
CONIUGII HONESTI IUVENIS
PETRI FABRI, ET LECTISS:
VIRGINIS, ANNAE, REVERENDI CLARISS:
& doctiss. viri M. Theodori, Ecclesiae Bernburgensis
Pastoris, & finitimarum Inspectoris ac Super-
intendentis vigilantiss. F. Fabriciae
XIV. Cal. Jun. Bernburgi
celebrati.

Scripta à

*M. Iohanne Fertschio Schola Bern-
burgensis Rectore,*



S E R V E S T A E:

Excudabat, Iohannes Schlecter,
Anno 1600.

etc.

91

IN ILLO ANNO

CONIVGII HONORIFICI

NI SPETIT FABRI BALECTISS

VIRGINIS ...

... & doctis ...

... & honorem ...

... & dignitatem ...

... & gloriam ...

... & salutem ...

S E R V E S T A R


Excudat Johannes Schler

Anno 1600





ELEGIA NVPTIALIS.

 Onnubiale sacrū PETRVS Faber ANNaq̄
nata

Fabricio, Divūm dante favore, parant.

Ergo stat ad sacras Hymenæon ducere tedas,

Votaq̄ pro thalami ferre salute Deo,

Conjugium humana est divina Academia gentis,

Cujus honesta satis dogmata nemo tenet.

Qui tamen auctorem colit, Es̄ sanctum æstimat usum,

Non dici insipiens cur mereatur, habet.

Non sapiens generi Cecrops huic præbuit ortum,

Qui fuit antiqua nobilitate potens,

Et quem Cecropida Grajiq̄ habuere biformem,

Quod socia jussit vivere lege duos.

Sed qui tergemine cum Majestatis honore

Sceptra tenet, thalami nobile sanxit opus.

Hic ubi cuncta λόγῳ motum spirante creasset,

Vivaq̄ gauderent compare quæq̄ sua:

Solus homo vitæ socia lectiq̄ carebat:

Sicne, refert, cernat lumine solus homo?

Ergo soporato costam Deus eximit Adæ,

Ex qua femineum fabricat ipse genus.

A 2

EVAM

*E'v' am caro Dei Soboles adduxit Adamo:
Non nisi lege Deo copula facta placet:
Hanc tibi, dixit, habe: caro ferueat una duobus.
Vna sit in Domino mens, amor, atq; fides.
Crescite secundi vir nupta q; , crescite: vestro
Pareat imperio, quicquid hic orbis habet.
Numen succendit castas Spirabile flammās:
Castum vult casto Numen honore coli.
Quid? quod est in mentes virtutum semina sparsit,
Ne pecudum cecus more vagetur amor.
Casta discerni vult se virtutis amorem,
Custus ab incesta colluvione Stygis.
Ergo tori fœdus diuina potentia sanxit,
Vt certa licitus lege regatur amor.
Vt socio iuncti vir & uxor fœdere castis
Agnoscant castum mentibus esse Deum.
Vt q; Deo in casto seruire pudore laborent:
Casta probat castus vota precesq; Deus.
Vt q; pudore pio crescens Ecclesia crescat:
Nemo bene incertum curat amatq; genus.
Ast humana suis ut gens misere excidit ausis,
Coniugium Veneri certa medela venit.
Prestat enim cui se vinclo sociare jugali,
Quàm male torqueri pectus amore suum.*

Laxa

Laxa libidinibus semper patet innuba vita:

Vita scelus caelebs pectora turpe docet.

Tetrior haud pestis Stygijs sese extulit undis,

Quàm bruti pecoris more Cupido vagans.

Si dubitas, pœnis violati spurca pudoris

Non regio, non urbs, non domus ulla caret.

Quid? quod aves referunt casti simulacra pudoris?

Cuncta creata tenent signa^q vim^q suam.

Testes Halcyone Ceyx^q, Ciconia, Turtur,

Chaonia volucres, & Iovis ales, erunt.

Ne reliquas dicam, tu castum homo disce pudorem:

Castius ab pudor est pectus habere feras.

Excute virgineo conceptas pectore flammās:

Coniugium his requies & medicina datur.

Est maris adiutrix mulier, quae sese applicat illi,

Et reficit sensus, lassaq; membra levat.

Quid? quod & est fœdus socium arcti fœderis instar,

Quod cum Christicolis icit Imago Dei.

Filius est sponsus, sacra^q est Ecclesia sponsa,

Et sacer huic felix Spiritus arrha datur.

Vt^q fides, & amor, rerum communio proles,

Præsidium^q tori vincula sacra decent:

Sic sponsa Christus confert hac, sponsa^q Christo

Exhibet hac votis, obsequio at^q fide.

Est exercitijs virtutum facta palæstra
Conjugium, & lucis docta crucisq; scola:
Hic discas, nullo qua cernes codice scripta:
Si dubitas, quem vis perlege, certus eris.
O sacer & nullis prohibendus legibus ordo,
Quas Latia Mæcibus, Fur, Latro sancit humo,
Si nescis, duo fulcra Pape sunt, calibe leges
De vita, & vesco clausus in orbe Deus.
Ergo tori auctori faciunt PETRVS ANNAq; gratū,
Quod socio gaudent subdere colla iugo
Quisquis participem reperit vitæq; toriq;
Rem reperit gratam, laticiamq; capit.
Quam bene conveniunt Sponsis cognomen & omen?
Fabro Fabricij filia pulcra datur.
Omina nominibu non raro constat inesse:
Est PETRVS rupes, ANNA favore valet.
Tu PETRE sis ANNAE Petrus pietate fideq;
ANNAEq; in PETRVM corde perennet amor.
Gratia sic ANNAes, sices revolubilis ANNA,
Grata Deo, patri cara, probata bonis.
Utitor exemplis natis ab utroq; parente;
Qua sapit exemplis filia docta, sapit.
Mater feminei decus est & gloria sexus:
Christiadum lumen Pieridumq; pater

Quem

Quem semper Pietas, sancta^q scientia linguae,
Virtus, & meriti fama loquetur anus.
Non honor est, sed onus nimia praesentia laude
Tollere: res famam vincit, & acta probant.
Sic sponsus tenero sponsa teneatur amore,
Hinnulus ut caprea mollis amore flagrat.
Sit sine lite domus: res dat concordia parvas
Crescere: sit tristi, sit sine felle torus.
Omnia felici det copia commoda cornu,
Et dominae fati candida fila neant.
Plura Fides vellens meditati subijcit aurem:
Iustorum Sobolem fata Deusq; beant.

F I N I S,



Non honor est, sed curam in his presentibus habere
Vitam & meritum suum locum in his presentibus habere
Et dominus facti candida sua membra
Ipsa Fides velle in medietate subijcit autem
Iustorum Soboles facta Deum beat

F I N I S



Jf 4600


ULB Halle 3
003 299 04X



sb.

V077





B.I.G.

Farbkarte #13

^{LXXVIII}
 ELEGIA
 IN HONOREM
 JOHANNIS HONESTI IVVE
 NI FABRI, ET LECTISS.
 ANNAE, REVERENDI CLARISS.
 M. Theodori, Ecclesiae Bernburgensis
 finitimarum Inspectoris ac Super
 lentis vigilantiss. F. Fabriciae
 XIV. Cal. jun. Bernburgi
 celebrati.

77

Scripta à
Johanne Fertschio Schola Bern-
burgensis Rectore,



etc.

BERVESTAE;
 Audabat, Johannes Schlecter,
 Anno 1600.

9

